

certus & determinatus Electorum numerus ponatur.  
Nam & h̄c certitudo illa à præscientiâ pendet.

92. Primùm negamus, perinde esse, à certo decreto *Responso*:  
effectivè pendere, & præscientiâ sive Omnipotentiâ ali-  
quid, quod est, & ex suis particularibus caussis pendet  
sive existit, ut est & existit, certò videri. Illud inevita-  
bilis & fatalis decreti est: hoc nudæ scientiæ visionis &  
cognitionis; illud summam necessitatem affert affectis,  
quia immutabilis eorum caussa est: Hæc nullam rebus  
Visis sive cognitis: quia illarum caussa non est.

93. Ut igitur præscientia Dei, quatenus talis, &  
āwλāw̄ sumitur, nullarum omnino rerum caussa existit,  
ita neq; in se sumta electionis, neq; damnationis in  
hominibus caussa est: sed ea in ordinatione divinâ,  
nudè si loqui velimus, triplex datur, Misericors Dei  
voluntas, Meritum Christi, & Fides. Si igitur o-  
mnino caussa dicenda esset præscientia, nomine cau-  
ſæ sine quâ non venire posset: quandoquidem est ne-  
cessaria conditio caußæ efficientis, sine quâ illa agere  
vel noluit, vel ratione universalis sui decreti non po-  
tuit. Quos enim Deus præscivit credituros, hose-  
legit.

94. Contingentē & fortuitō salvantur Electi, *Quæstio*.  
& damnantur Reprobi: cum illorum electio non sit ab-  
soluta vel fatalis?

95. Nullo modo fortuita vel contingens filiorum *Responso*.  
Dei propterea censenda est adoptatio & electio.

96. Nam *fatale* & *absolutum*, duplē habet re- *Fatale* &  
spectum vel ad suum genus, quod est *Necessarium* si *absolutum*  
ve immutabile: Quandoquidem omne *fatale* & ab-  
solutum est *necessarium* sive immutabile: non verò  
contrà omne *necessarium* & immutabile est *fatale*